



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CDLXXXIII. Bischof Arnold bestätigt eine Stiftung in der St. Gotthardskirche, am 9. Oct. 1478.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CDLXXXIII. Bischof Arnold bestätigt eine Stiftung in der St. Gotthardskirche,
am 9. Oct. 1478.

Arnoldus, dei et apostolice sedis gracia. Episcopus Brandenburgensis — pro parte, providorum et circumsectorum virorum Consulatatus civitatis Brandeborghensis nobis in Christo dilectorum oblata petitio continebat, Quod cum ipsi ad honorem omnipotentis dei Intemerateque matris ejus virginis Marie horas ejusdem Beatissime marie virginis quotidie perpetuis temporibus in ecclesia parochiali Sancti Godehardi dicte Civitatis Brandeborghensis decantandos piis Christi fidelium suffragiis fundarint ac certis annuis redditibus dotaverint, ad quarum tamen horarum perpetuationem et perhennationem honorabilis vir dominus Martinus Kleblogk suum beneficium in dicta ecclesia situm in honorem Sanctorum Laurentii, Iivini, Hinrici, Kuneghunds, Hedewighis et Oswaldi consecratum de consensu patronorum et collatorum ejusdem sponse et libere assignavit, prout hec et alia in literis foundationis subinfertis Salvis, illesis, non cancellatis, non abolitis, non abrais sed prorsus omnibus vitio et suspitione carentibus, Sigillo vero prefate civitatis plenius adapparent sigillatis, Quatenus dictas foundationis literas et in eisdem quelibet contenta autorisare, approbare nec non auctoritate nostra ordinaria confirmare dignemur. Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: Reverendo in cristo patri et domino domino Arnoldo episcopo Brandenburgensi, domino nostro gratioso Nos proconsules et Consules civitatis Brandeborgh debitam reverentiam et honorem omni iugi et affectuoso famulatu. Reverende in Christo pater et domine generose, Quum importuna in evangelio mulier tandem meruit audiri et clauso hostio cum feris media licet nocte ab amico panes amicus accepit, deus ipse, qui nullius intra se viribus superari potest, publicani precibus superatur; Ninive civitas, que peccato periit, precibus stetit; Nos qui heu cottidie peccatis involvimur, confidentes in multiplici misericordia dei, qua lapsibus humanis subvenit, fiducialius oculos nostros in ipsam inventricem gratie et misericordie Beatam videlicet mariam genitricem verbi dei, figimus, ut ipsa una cum omnibus sanctis gratiam nobis obtineat, defectus nostros suppleat, et quod mole vitiorum farcinati impetrare nequimus, sua promptissima et securissima interventione ad salutem impetrasse sentiamus. His igitur firmissime animati ad honorem et laudem genitricis et geniti domini scilicet nostri ihesu christi ac omnium sanctorum suorum cursum solitum ejusdem Marie virginis in ecclesia Sancti Godehardi omni die decantandum de vestre paternitatis consilio, consensu et voluntate fundavimus, ad quem cursum eo fortius perhennandum honorabilis vir dominus martinus Kleblogk in vestre paternitatis presentia se ipsum una cum altari suo in prefata ecclesia Beati Godehardi, cujus altaris patroni sunt Sancti laurentius, Iivinus, Hinricus, kuneghunds, hedewighis et Oswaldus, etiam de consensu et voluntate vestre paternitatis vltro obtulit modo et forma infra scriptis, videlicet prefatus dominus Martinus Kleblogk, quoad vixerit, a prefato cursu marie virginis, ut premittitur, cantando non erit amovendus, poterit tamen, si sibi visum fuerit, prefatum altare non in modum altaris Sed in modum commende cum alia persona ecclesiastica permutare, Et extunc, sicut etiam si ipsum dictum Martinum ab hac luce decedere absque permutatione predicta contingat, in antea nec nomen nec Jus altaris habeat sed commende pro cursu domine nostre marie perpetuo permanere. Quam rem, ut premittitur, merito assertandam animo grato affectantes dignum duximus vestram paternitatem exorandam et exoramus per presentes, ut intuitu omnipotentis dei et Beate marie semper virginis et omnium sanctorum, quorum res agitur, dignetur vestra paternitas hec premissa ex officio pastorali roborare, confirmare et perhennare pretium inde indeficiens receptura. Datum Brandeborgh, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, ipso die Exaltationis Sancte Crucis nostre Civitatis sub secreto tergotenus impresso.

Nos vero Arnoldus episcopus ante memoratus Attendentes, quam veneranda, quam denique omni laude dignissima sit virgo virginum, genitrix verbi dei, sine cujus intercessione et patrocinio impossibile est offerre deo quisquam grati et accepti servitii, cum thronum ejus majestatis coram accedere plurimum indigni fumus atque affectum dictorum petentium pium magis confirmandum quam infirmandum fore ac ad divini cultus augmentum se extendere, Supplicationi ipsorum tanquam juste non immerito favorabiliter inclinati dicti altaris ad prefatas horas beatissime virginis marie assignationem Ceteraque omnia et singula in sepedictis foundationis literis premissis quomodolibet contenta rata et grata habentes ac grato animo amplexantes ea ratificamus, auctorifamur et approbamus ac auctoritate nostra ordinaria perpetuis temporibus inconculsa permanenda, dei nomine in hiis scriptis confirmamus. Si quis autem contra premissa vel aliquot premissorum ausu temerario facere presumpserit, Indignationem omnipotentis dei et Beatorum petri et pauli apostolorum ejus, nec non nostre Jurisdictionis se noverit incurfurum. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras confirmationis literas jussimus et fecimus Sigilli nostri appensione roborari. Datum In castro nostro Sejeser, anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, feria sexta post francisci. Hujus autem nostre confirmationis testes sunt Venerabiles, honorabiles et validi domini magistri Petrus cleynsmedt, noster in spiritualibus vicarius, Jacobus wolterstorpp, Curie nostre Officialis, franciscus derentyn, Nicolaus herman, Johannes dyuitz et palmus brenthe capellani, Hinricus tzigelheym advocatus, Conradus hartwich, Georgius Borghstorpp, Jacobus de Badinghen et alii quam plures familiares nostri fide digni.

Johannes Benedictus, Notarius ad premissa.

Nach dem Originale.

Anm. In die Zeit der Stiftung dieses Altars in der St. Gotthardskirche gehört auch folgende in dieser Kirche befindliche Inschrift: Consecratum est hoc altare ipso die Amalberge virginis per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Arnoldum Episcopum Brandenburgensem in honorem sancte et individue trinitatis, Luce evangeliste, Dionysii, Rustici et Eleutherii. Gedruckt im Brandenburg. Aug. 1810. 78 St. S. 311.

CDLXXXIV. Ablassbrief des Bischofes Arnold für die Capelle des Dorfes Rodelin, vom 30. April 1479.

Arnoldus, Dei et Apostolice sedis gratia Episcopus Brandenburgensis, Universis et singulis utriusque sexus Christi fidelibus, ad quos presentes littere nostre pervenerint salutem et sinceram in Domino caritatem. Splendor sempiternae glorie, qui mundum sua ineffabili claritate illuminat universum, pia vota fidelium de clementia majestatis sue sperantium tunc precipue digno favore prosequitur si sanctorum precibus et meritis adjuvantur. Nos igitur justis precibus devoti et fidelis populi in villa Rodelin nostre Brandenburgensis dioecesis pro cujusdam capelle prope et infra eandem villam Rodelin, infra limites ecclesie dicte parochialis, edificationem inclinati, ut ibidem eandem capellam ad laudem omnipotentis Dei, nec non ad honorem sancte crucis Christi crucifixi, ac annunciationis gloriosissime virginis Marie genitricis Dei, Johannis Evangeliste infra octavam nativitatis Christi, Bartolomei apostoli, Michaelis archangeli, Marie Magdalene et Valentini Martiris patronorum erigere, edificare et constituere, et ut ea constructa in eadem in altari portatili super tabula consecrata